



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XXXI. Die Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

## XXXI. DIE MAIL.

IOANNES PAVLVS  
DE VINATIONE  
SCHOLAST.

**M**agno ineundæ Societatis desiderio ad studia se contulit, eaque feliciter hoc amore impellente exantlavit, votis quoque iam tunc de sacramenti nostri forma adiectis; aded ferre moram non poterat desiderij magnitudo. In Societate humaniora cum laude docuit. Sed in medio Theologiæ cursu meram vitæ attigit. Laudatur in illo amabilis quædam, & mansueta facilitas, candida in dictis moribus synceritatis lingua, & aures ab omni de aliorum fama suspecto verbo semper immunes: examinis generalis, ac particularis vsus constans, denique innocentia in primo suo candore citra vllum grauioris noxæ inquinamentum vsquequaque seruata.

P. ANGELVS  
ARMANVS.

**I**n maris periculis B. Ignatij ope imansit incolumis, quippe cuius imaginem contra procellas ex alto, conspicuam omnibus, appendebat. In Philippinis, alijsque missionibus, quæ docendo in Scholis quæ ad populum dicendo, & labores, & fructus tulit egregios. Ita Barbari, eius pro re orthodoxa conatus pertæsi, illum non semel insidiosis in locis ad necem sunt præstolati, at ille, & aliàs, & etiam tunc mansit incolumis cum

illi templum, ac domum nostram flammis iniectis abolerè. Longum esset per censere difficiles illius expeditiones, mirabilem in dicendo efficacitatem ad emollienda corda nefaria, magnas cæli voluptates inter cibos fastidio potius mouendo, quàm sedandæ fami aptos. Vnicè optabat, nullam sui vspiam haberi memoriam, nisi in precibus. Inter alia ex alijs iusta funebria, quæ illi Sodales Mariani, & varij circum incolæ persoluère, vt Patri, Taitayenses præter pullam vestem, quæ dolorem testati sunt, molem quoque mortualem in templi medio posuère, ac bis in terga sua verberibus voluntarijs sæuère. Internæ sui cultioni magnoperè intentum fuisse arguunt ea quæ de illo annuæ Philippinæ; & ibidem pag. 799. Diuinæ perfectiones in annum seu menses duodecim, distributæ.

P. IOANNES MEAGH,  
ET DVO SOCI.

**I**n Bohemia per iter ab hæreticis rusticis trucidatus est. In odium Catholicæ fidei patratum id esse, illud est argumento; quod iidem hæretici rustici alios qui vnà iter habebant, innoxios, imò benè sperare iussos, dimiserint. In diuino Sacrificio, & inter colloquendum de diuinis, ardore singulari flagrabat. In Hiberniam è Bohemia rediturus, Exercitia obibat S. P. Ignatij: quo tempore oborta illi est fiducia singularis, sanguinis pro Catholica fide fundendi. Socij, qui sum eo tunc cecidè, fuère Coadiutores

Hibernus in  
Bohemia. 31.  
Maij 1639.  
ætat 39.  
Soc. 13.

Exercitia.

O o 2 tores

Silesia  
Bruna. 31.  
Maij. 1649.  
ætat. 28.  
Soc. 9.

Candor  
quimi.

Hispanus  
Bapone  
31. Maij. 1608  
ætat. 27.  
Soc. 10.

Vocatio.

Eub.

B. V.

Innocentia.

Italus Ma.  
nile. 31. Maij  
1631 ætat. 40.  
Soc. 21.  
S. P. Ignatij.

Fides.

tores duu; alter *Venceſlaus Trnoska*,  
de quo nihil accipi; alter

Diuino Eucharistiæ Sacramento pa-  
stus, dulcissimè lachrymabarur. In *Eu. l.*  
colenda Virgine Beatissima erat assi-  
dous; eamque amoris tenerioris fla-  
grantiam ex ipso Matris diuinæ vultu *B. V.*  
aliquando spectato hausit, aut potius,  
amplius inflammavit. Creditur enim  
aliquando illi Virgo Beatissima se spe-  
ctabilem præbuisse.

MARTINVS IGNATIVS  
COADIUT.

Ibid.  
stat. 63.

Hic magno martyrij desiderio fla-  
grabat semper; imo & spe: ad  
quam putatur diuinitus fuisse erectus.



MEN-

Hispanu  
Murcia  
Iunij 15

Lingua

Oratio.

Exercit